

*Macrob. Sa-* Intra hujus villam modicam qua-  
tatur. l.2. c.11. dragies piscinae venierant. Tripati-

nus summa coenarum lautitia, ex  
*Plin. H.N.* Fenestella <sup>1</sup> appellatur; unaque fuit  
l.35. c.12. Muraenarum, altera Luporum, tertia

*Lamprid.* Myxonis piscis. Heliogabalus <sup>2</sup> ea-  
in *Heliogab.* rundem lactibus in locis mediterraneis rusticos pavisse creditur, ut to-  
tum Romanum imperium perderet.

*Macrobi.* Piscis <sup>3</sup> aestimium Liciniis Muraena-  
*Saturn.* l.2. rum nomen imposuit, ut Sergio Ora-  
c. II. tae. Commendatas maxime pre-

gnantes ex <sup>4</sup> Horatio potest colligi; o *Horat.* l.2.  
ferm. Sat. 3. fed et a lactibus summam obtinuisse carnes statuas, sive duras, opprobrium vitare non poterunt. Illae inflationes, hae cruditates difficiles concoctu pariunt. Galenus <sup>5</sup> tamen mediocres p *Galen.* l. de  
cibis boni et mal. succi. l.3. de Aliment.

Reperere et in Medicina usum. Nam Marcellus pellium cinerem ex aceto fronti illitum, prodesse adver-  
sus capitum dolorem prodidit.

## ARTICVLVS VIII.

*De Myro, Reverso Indico Anguilliformi et Taenia.*

*TAB.V. 5.* **M**YRUS, seu μυρος, πνεα το μυρον sive μυρεθαι, fluere, quod prae nimia pinguedine mari supernatet, dicitur. Volaterranus, falso Plinio et Gazae Oculatam, Plauto Ophtalmiam vocari scripsit. Alicubi Myrinus, sed perperam, μυξην enim legi debet, vocatur. Sitne Muraenarum mas, quod

*Plin. H.N.* <sup>6</sup> Plinius, Hesychius et alii prodidere,  
l.9. c.23. ex descriptione colligetur. Aristoteles concolorem, muraena robustiorrem, colore piceo, dentibus intus et extra instructum prodidit. Athenaeo λεόχεως seu colore leonis et λύγγος seu torquillae, esse creditur.

*b Athen. Di-* Duo ejus apud Dorionem <sup>7</sup> genera-  
*pnoſ.* l.7. *Nigrum*, quod Galli pescatores ser-  
pentem vocant, et *Ruffum*, quod de-  
terius. *Ille* serpenti magis similis est  
quam Muraenae, corpore nigricante,  
rotundo, sine maculis, sine squammis.  
*C*arne tenerrima, sine ullis <sup>8</sup> spinis.  
*Pinnulas* habet valde exiguae cutis  
substantia, unam a cervicis loco ad  
anum usque, et alteram ab ano ad  
eandem, quarum ora nigra est: uni-  
cum utrinque branchiarum imperfe-  
ctarum foramen, puncta in utroque  
latere aliquot aurea, quae magis in  
viventibus quam mortuis apparent;  
*gulam* ventriculo praepositam, *intestina* longa,  
recta ad podicem porre-  
cta; *jecur* longum, rubescens, sine  
felle, *splenem* longum, tenuem.

*Alter* serpens rubescens Rondele-  
tio (Dorionis Myrum οπονυγιζοντα,  
non absurde dixeris) piscis est rarissi-  
mus, corporibus specie serpentibus  
terrenis similis, colore rubro vel  
phaeniceo, lineis obliquis et sinuo-

sis a dorso ad ventrem ductis, eam  
lineam, quae a capite ad caudam  
protenſa est, secantibus; scissura oris  
non admodum magna. *Dentes* habet  
acutos, ferratos, *branchias* squam-  
mosorum piscium instar opertas; in  
dorso a capite fere ad caudam capil-  
lamenta tenuia a fæle disjuncta, in  
ventre similia. *Cauda* in pinnam  
unam desinit.

**R E V E R S U S I N D I C U S** Anguilli-  
formis, inter Pelagios non squammo-  
sos; ab Aldrovando refertur; inter  
Galeorum genera ab Hernando. In-  
star Anguillae Columbus facit, nisi  
grandiulculum caput haberet. Capite  
autem pelliculam quandam crume-  
nae similem gestare scribit. Si Hern-  
andum sequimur, <sup>9</sup> tres spithamas  
est longus, Corio nigro, figura mira-  
bili: vix possis divinare, an natet su-  
pinus vel pronus, imo judices, cum  
supinus est pronus jacere, et cum  
pronus supinum. Rostrum habet acu-  
tum, labrum inferius superiori lon-  
gius, latius, et ad superiora contor-  
tum. Caput compressum, ac rostello  
spinifero octo uncias longo, tres lato  
insigne, quo tuberoni et aliis piscibus  
adhaerere solet, pinas circa bran-  
chias quaternas, singulas, juxta ven-  
trem et dorsum, caudam nonnihil lu-  
natam. Vivit in Oceano Septentrio-  
nali; et piscibus vescitur. Usus ejus  
in piscibus capiendis. Vifo fulgo-  
re aëris statim praedam deferit. Mo-  
odus pescationis a <sup>10</sup> Martyre descri-  
ptus est.

**T A E N I A R U M**, quae a similitudine  
fasciae et vittae ita dicuntur, Gaza vit-

*TAB. II. 5.*

*d Niremb.*  
*Exot. Nat.*  
l. xi. c. 13. ex  
*Hernando.*

*e Martyr.*  
l.3. Decad.  
*Ocean*

*TAB. VI.*

tas